

212<sup>c</sup> M

3<sup>o</sup> ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

fit an falsum, disputatur. Ac est quidem additur, aut ratione & οίας, vt cum dico, Deus est: aut κατὰ τὸ ὄρον & ratione temporis, vt cum dico, bellum gallicum est. Sed sigillatim de partibus enunciationis dicamus, nempe de nomine & verbo, idque accommodatè ad Dialecticam, vt dictum est: ac prius de Nomine.

DE NOMINE. CAP. II.

Definitio nominis dialectica.

**N**omen accommodatè ad dialecticum vsum definiemus hunc in modum. Nomen est vox quæ vim significandi habet ex instituto hominum absque tēporis determinatione, cuius pars nulla separata vim significandi vllam habet. Hæc definitio nominis cōmunis est, id est, conuenit omnibus nominis speciebus illis, quas enumerabimus. Atq; in hac definitione Vox est genus.

Genus nominis & differentia.

**Κατὰ συνθήκην** additur, id est, ex instituto hominum: vt ὀνόματα non esse φύσες sciamus. Quare nomina non sunt voces naturales, quales illæ sunt tum in hominibus, tum in brutis, quibus affectus quidam exprimi solent: sed sunt symbola quædam κατὰ συνθήκην ad significandum instituta.

Vno nomine, vnu significatur simplicissimum.

**Ἄνευ χεῖρας**, vt differat à verbo, de quo paulò post.

Sed in primis notandum est illud, ἡς μὴ δὲν μέγας ὅτι σπουδατικὸν κεχωρισμένον, quo declaratur aliquid simplicissimum, prolato vno nomine, significari. Quemadmodum enim vna res nō est duæ res (nam si vna res esset duæ res, esset ipsa